



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

§. 2. Aquitania Vera.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

NVM. 4. *Petrocoriensis Ager, le Perigord, incola dicti,*  
les Perigourdins.

SUPERIOR aut Albus,	}	PETROCORIVM: <i>Perigueux</i> , ad Fl. Illam, seu Ellam, <i>l'Isle</i> , vbi turris <i>Vesona la Tour de Vesone</i> , monimen- tum antiquitatis.
		Bergeracum: <i>Bergerac</i> , ad Duranium, cuius disiectæ munitiones.
le Haut Peri- gord, ou le Blanc.	}	Mussidanum: <i>Mucidan</i> , ad Fl. Ellam.
		Cutracum: <i>Contras</i> , ad confl. Ellæ, & Dromiæ, præli o- celebre.
		Alba-terra, <i>Aubeterre</i> , ad Fl. <i>Colle</i> .
		Brantolmeum: <i>Branthome</i> , ad Fl. <i>Dronam Drome</i> , Ab- batia.
		Limeliu: <i>Limeil</i> , ad Durani & <i>Vesera</i> confl. <i>la Vezere</i> .
		Miramontium: <i>Miraumont</i> .
INFERIOR aut Niger,	}	SARLATVM: <i>Sarlat</i> , in Peninsula quam Duranius & <i>Vesera</i> conficiunt, ad Fluvium cognominem, Epi- scopalis à <i>Ioanne XXII.</i> facta ciuitas.
		Terrassonium: <i>Tarrasson</i> , in Insula quam <i>Vesera</i> efficit.
le Bas Peri- gord, ou le Noir.	}	Bellomontium: <i>Beaumont</i> .
		Villa Franca: <i>Ville Franche de Perigord</i> , iuxta quam olim nobilis <i>Eremus</i> .
		Monpaserium: <i>Monpazier</i> , ad radices montis, ferè ad caput Fl. <i>Drot</i> .
		Bironium: <i>Biron</i> , inter montes situm, vnde <i>Marescalli</i> duo in historiâ nostrâ celeberrimi.

§. 2. *Aquitania Vera, la Guienne.*

GVIENNÆ nomen dubio procul à voce Aquitaniâ detortum  
est: de cuius terminis non est facile statuere, quoniam sub-  
inde mutati sunt. Nam cum Anglus Dux esset Aquitaniæ, seu  
Guiennæ, complectebatur præter Veram Aquitaniam & *Vasco-*  
*niam*, Agros *Pictaviensem*, *Santonensem*, *Inculismensem*, *Le-*  
*mouicensem*, *Cadurcensem*, & *Rutenensem*, itémque *Fuxen-*  
*sem Comitatum*. Postea regnante *Ludouico XI.* fines restricti  
sunt:

sunt: Cùm enim fratri suo Guiennam dedisset eam confecit ex quatuor iuridicis conuentibus, Burdegalensi, Vafatenfi qui *Vasconia magnam partem occupabat*, Lapurdensi qui *Aquensem agrum continebat*, & Santonenfi.

Nunc quia Guienna, & Vasconia ab eodem prorege administrantur, aliquando totus ille tractus vno nomine *Guienna*, dicitur: quamquam & aliquãdo nominetur etiam Vasconia; sic enim vina Burdegalensia, vulgò *de Graue*, plerique Vasconica nuncupant: Propriè tamen Aquitania, & Guienna dicitur, tractus ille quem hoc capite complectimur, cuius indigenæ se pertinaciter Vascones negant, hocque nomen sibi probro vertunt.

Non est autem otij nostri dicere, quomodo partes eius singulæ coaluere, ac demum Aquitaniæ Ducatum effecere. Hoc tantùm habe: Guilielmum Aquitaniæ Ducem Leonoram vnicam filiam reliquisse, quæ primùm Ludouico Iuniori Regi Gallia nupsit, à quo repudiata est; hanc iterum nupsisse Henrico Duci Normanniæ, & postea Regi Angliæ, sicque Anglos Aquitaniæ factos esse dominos, & fortissimis hisce populis in Francorum perniciem abusos esse. Tandem à Carolo VII. indidem pulsos, tractum hunc sceptro Francico restitutum.

- |         |   |                                                                                                                                                                                                                                                                               |
|---------|---|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| BVRDE-  | } | BVRDEGALA: <i>Bordeaux</i> , vrbs perantiqua & potens ad Garumnam, Emporium nobile, vbi duo castra, <i>Ha</i> , seu castrum Phari, & <i>Tropcite</i> , vulgò <i>Trompette</i> , vnde Thuano arx Buccinæ dicitur & <i>Trompetæ</i> , hîc <i>Ialla</i> Fl. Garumnæ commiscetur. |
| GALEN-  |   | Blauia: <i>Blaye</i> , olim Militaris dicta, vrbs iam munita.                                                                                                                                                                                                                 |
| S I S   | } | Burgus: <i>Bourg</i> , cognomento <i>sur mer</i> , olim Blauia munitior.                                                                                                                                                                                                      |
| A G E R |   | Interannium: <i>Bec-d'Ambès</i> , extrema pars terræ Bimaris, <i>pays entre deux mers</i> , vbi nectuntur Duranius & Garumna, & inde Girõnam efficiunt.                                                                                                                       |
|         | } | Monferrantium: <i>Monferrant</i> , prima & antiquissima Aquitaniæ Baronia.                                                                                                                                                                                                    |
|         |   | Franciacum: <i>Fronsac</i> , castrum à Carolo Magno fundatum.                                                                                                                                                                                                                 |
|         | } | Liburnia: <i>Libourne</i> , ad confluentias Ellæ, & Dura-                                                                                                                                                                                                                     |
|         |   | LII                                                                                                                                                                                                                                                                           |

*le Bourde-  
lois.*

nij, iuxta quam portus Condate destructus.  
Rionum: *Rions*.  
Fanum S. Æmiliani: *S. Emilian*, aliter *S. Million*.  
Podensacium: *Podensac*, cuius panni celebres.  
Cadillacum: *Cadillac*, caput Comitatus Benalgij,  
*Benaulges*.  
San-Macarium: *S. Macaire*, ou *S. Macari*.

MEDVL-  
LANVS,  
seu ME-  
DOCEN-  
SIS  
AGER

*le Medoc.*

SOVILLACVM: *Souillac*, vrbecula tenuis, sed locus  
perantiquus, fit enim mentio ostreorum Sollacen-  
sium; iuxta *le Pas de Graue*. Hic quoque Fauces  
Asinorum *le Pas des Asnes*, in ostio Garumnæ.  
Castrum-nouum: *Chastelnau en Medoc*.  
Castellio: *Chastillon en Medoc*, ad Girondæ æstua-  
rium.  
Esparea: *l'Espare*, burgus amplissimus & diues.  
Blancafortium: *Blanquafort*, castellum firmissimum.  
Pauliacum: *Pauliac*, creditur fuisse Paulini Consu-  
laris prædium.

DITIO  
CER-  
TENSIS

*le Capitalat  
de Certes.*

Comprianum: *Comprian*, ad sinum amplissimum vul-  
gò *le Golphe d'Arcachon*, ditio Meduani Ducis, ex  
quo ad Mantuanum deuoluta est.  
Certæ: *Certes*, vnde huic ditioni nomen.  
Leris Fl. *Leira*, Sigmanis, seu Sigmas Ptolemæi, in  
sinum prædictum influens.

DITIO  
BOA-  
TENSIS,  
seu BV-  
SIANA,

*le Capitalat  
de Busch.*

BVZIYM, siue Buchsium: *Teste de Busch*, ab antiquis  
Boiis, seu Boatibus sic dictum; tota regio abun-  
dat resinâ, estque ditio Dominorum *de Candale*.  
Fanum S. Pauli Bornensis, præposituræ caput: *S. Paul  
de Born*.  
Cafaium: *Cassaux*, ad initium lacus in quem mare  
influit.  
Muretum: *le Muret*, burgus.

VASA-

TENSIS

AGER

VASATYM: *Bazas*, seu Vafatium, cuius castrum  
iuris est Episcopalis.  
Fanum S. Fidei: *S. Foy*, ad Duranium, aliàs muni-  
tissimum.  
Regula: *la Reole*, castrum egregiè munitum ab Hæ-

le Baza-  
dois. } reticis, aliter S. Petri de regula, olim Squius.  
Castrum Gelosum: *Castel-Ieloux*, vrbecula lepida.  
Damafanum: *Damafan*.  
Villa-Franca: *Ville Franche de Bazadois*.  
Castrum-Moronium; *Castel-Moron*, Ducatus, nunc  
Lebretensi contributus, sed huius regionis mem-  
brum.

§. 3. *Vascitania, & Vasconia.*

FALLUNTUR qui Vascones à Cneo Pompeio ultra Pyrenæum ad Conuenas emissos volunt; quandoquidem & tempore Galieni in suis sedibus antiquis residebant. Videntur ergo eodem cum Francis tempore in Gallias irrupisse. Quid autem ab iis acceperint damni quid intulerint in historia nostra leges, sicut & eorum mores, principes & Dynastas repetes ex Alberto Oihenarto qui doctissimam Vasconiæ notitiam scripsit. Ex quo obseruabis non eosdem esse Vascos, cum Vasconibus, & Vascos in vltimum angulum Aquitaniæ esse compactos, vbi Vascitaniam postmodum collocabimus. Itaque Vasconia Aquitana diuidi potest in Vasconiam veram, Vasconiam Tholosanam, & Vascitaniam, de quibus postmodum. Quomodo autem accreuerit sceptro Gallico hic tractus, supra innuimus in Aquitaniâ: nam quod attinet ad Navarram, & Beneharnum, id patrum nostrorum memoriâ sub Henrico Magno vtriusque Regionis hærede, contigit.

NUM. 1. *Vera Vasconia, seu Syrticus Ager, la vraye Gascogne, ou les Lanes; quidam tamen Aquensè territorium vocant les Lanes, reliquum veram Vasconiam.*

AQVEN-  
SE TER-  
RITO-  
RIVM } AQVÆ: *Dax*, seu *d'Acqs*, ad Fl. Aturum *l'Adour*,  
dicta olim vrbs Nobilitum, quia à 12. nobilibus re-  
gebatur, quorum 12. in vrbe tures.  
le Pays } Petra forata: *Pierre-horade*, ad confluentias duo-  
*d'Auribat*, rum Gabarorum, seu Gauorum *les Ganes*, caput  
quidam Vicecomitatus Aortensis, seu Vrtensis.  
vocat hãc } Magefã: *Magese*.  
San-Martinum: *S. Martin de Hins*.